46

mea habeo. ideo tu a beneficiis faciem tuam auerte. & omnes iniquitates meas
dele id est quia ego te audeo tu noli uidere .u. animam meam. Cor mundum
innoua
crea in me deus. Creare dicitur quando res nouas & necdum factas con
dit. Sed dauid prius cor mundum habuit. Nam de eo dominus ait.
inueni dauid filium iesse uirum secundum cor meum qui faciat omnes
uoluntates meas. Crea ergo dicit id est innoua in me spiritum prophetie qui in me
inueteratus fuit dum peccarem. Spiritum rectum id est spiritum prophetie.
in uisceribus meis. u in mente mea. Quidam hoc loco misterium sancte trinita
tis hoc modo intellegunt. Spiritum principalem dicentes dominum patrem.
Spiritum sanctum accipientes christum. Spiritum uero rectum tertiam trinitatis
personam intellegentes. & ualde hic locus contra arrianos qui faciebant
gradus in sancta trinitate. Patrem maiorem. Filium minorem spiritum sanctum mini
mum accipientes uel asserentes. Quorum illorum demencia hic liquido confutatur.
Nam spiritum principalem in quo deus pater designatur. hic ultimo loco po
suit. & spiritum rectum tertiam trinitatis personam primo. Ne proicias me a facie
tua & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Quem non ex toto amiserat. ideo dicit
ne auferas. Neque enim auferri potest id quod non habetur. Iam ergo dauid
spiritum sanctum habebat quando poenitere incipiebat. Sine illo enim nunquam
aliquis delictum suum. ualet intellegere uel poenitere uelle. Redde
mihi leticiam salutaris tui. ut iterum habeam leticiam de aduentu filii
tui quam prius habebam quam peccarem. & spiritu principali confirma
me. id est spiritu dei patris. Docebo iniquos uias tuas. Cum redieris mihi le
ticiam. docebo peccatores precepta tua. & impii ad te conuertentur id est dominum igno
rantes mea predicacione meo exemplo. Quis enim desperatus ita obstinato &
obdurato corde esse potest qui uidens dd ex tanto flagicio indulgenciam pro
meruisse. Insuper & regnum & prophetie donum recepisse non animetur. tali
itaque modo beatus dauid non solum penitenciam egit. Due quippe sunt spe
sed etiam alios agere docuit.

reddide
ris